



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 395. Usque Ad Annum 428

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117794**

§. 5. Barbari irrumpunt in Romanorum terras.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66042](#)

nem deditis creditur injusta Herois, E-Sæculum V.  
piscopi Arelatensis depositio, quæ eodem A. C. 413.  
anno 412. contigit. Heros erat vir San-  
dus, Sancti Martini Discipulus, quem *Prosp. Chro.*  
populus illius civitatis, innocentem li-  
cet, & nemine legitime accusante, ejece-  
rat, & in ejus locum Patroclum, Con-  
stantii, Magistri militum, amicum, intru-  
serat; ita plebecula Constantio adulari  
eupiebat. Hæc depositio dissidiorum  
inter Episcopos illius Provinciae causa  
fuit. Constantii Patria Panesus erat in  
Illyrico, atque ipse jam Theodosii Ma-  
gni temporibus miles ineruerat. Tunc  
vero Romani Imperii Auctoritatem con-  
tra plures Tyrannos, circa illud tempus  
insurgentis, atque Barbaros undequaque  
irruentes, tuebatur.

§. V.

*Barbari irrumpunt in Romanorum  
terras.*

Gothi eodem anno 412. sub Ataulpho *Soz. II. c. 12.*  
Rege suo, ex Italia venientes, Gal- 13. 14. 15.  
liam ingressi sunt, Honorio nono, & *Olymp. ap.*  
Theodosio quinto *Consulibus.* Anno *Phot. Cod.*  
sequente 413. Luciano, & Heracliano *Prosp. Chr.*  
*an. 413. Cas.* Consulatum gerentibus, Burgundiones *sod. Chr.*  
in illa Galliæ parte, quæ Rhodano vici. *Prosp. an.*  
na est, sedes fixerunt. *VII. c. 30.* Conversionis *414. Socr.*  
eorum modum talem fuisse ferunt. Ple-  
rique eorum fabri erant, manuum sua-  
rum *c. 117.*

Sæculum V. rum labore viventes. Continuis Hunnorum incursionibus lassati, cum resistere non possent, alicujus, qui oppitulatur, Dei Tutelam requirebant; tum pauperes, Romanorum Deum iis, quiphi servirent, potentissime succurrerunt, postquam communis consilio deliberarunt, in JESUM Christum credere stamparunt. Itaque in quamdam Galia ab eis se conferunt, rogantque Episcopum, ut sibi baptismum daret. Is ad eos sat præparandos dies septem exspectavit, quibus jejunantes informabat; die octava Baptizatos ad sua dimisit. Ipsi viii. in Hunnos moverunt, nec spe sua frustrati sunt, quippe, cum una nocte Hunnorum Rex, cui nomen Optar, seu Oder, ex indigerie crepuisset, exercitum, capite orbatum, invaserunt, Hunnosque, licet numero superiores, profigarunt, nam Burgundiones ter mille adversus decies mille Hunnos pugnarunt. Ex illo tempore ferventes Christiani, omnesque Catholici fuere. Clericis, quo respecterant, obediebant, mansuetam, innocentemque vitam ducebant, Galosque non tanquam populos, vi subactos, sed charissimos fratres habebant. Vandali jam ab anno 409. Honorio octavo, & Theodosio tertio Consulibus, in Hispaniam irruperant. Alani etiam, Suevi que irruerunt, illas Provincias inter se parti.

*Præfp. an.*

*410. Cassiod.*

*cov. Oros.*

*VII. 6. 20.*

partiti. Alani Lusitaniam, & Provin- Sæculum V.  
ciam Carthaginensem infederunt, Van- A. C. 413.  
dali Boeticam, & Suevi Galæciam. Per *Ibid. hist.*  
hos incursus quidam Episcopi ex Hispania fugerunt, Vand. an.  
amissis gregibus; multi 446. Aug. ep.  
enim Fidelium fuga dispersi, alii in obse- 228. n. 5. al.  
sis urbibus gladio, aut ærumnis confecti, 180. ad Ho.  
aut in captivitatem abrepti. Tamen  
major numerus eorum Episcoporum fuit,  
qui permanerunt, quamvis modica gre-  
gis sui pars superesset, tamque Pastores,  
quam populi continuis periculis expo-  
nerentur.

§. VI.

*Concilium Bragense.*

Ad hæc tempora quoddam Concilium tom. 2. Cons.  
Bragæ, seu Braccaræ, in Lusitania ha- p. 1508.  
bitum, referunt, cui Episcopus Pancra-  
tianus præsidebat. Is locutus est in hunc  
modum: *Oculis vestris conspicitis, Fra-  
tres mei! quam dire Barbari totam Hi-  
spaniam devastent, in Ecclesias graffan-  
tur, Servos Dei trucidant, Sanctorum  
memoriam, ossa, sepulchra, cæmeteria pro-  
fanant. Si Celtiberiam, & Carpetaniam  
excepero, reliqua omnia ad Pyrenæos sub  
eorum potestate sunt. Cumque eadem tem-  
pestas nostris cervicibus immineat, con-  
gregare vos volui, ut suis quisque rebus  
prospiciat, & omnes simul afflictis Eccle-  
sias remedium afferamus. Animarum sa-  
luti,*